

auro tamen terribilia parantur alia. R. O 3ij electi & pulverisati probè, Θ ♀ 3j cum semisse & ♀ 3j. pulverem fac inde minutissimum, probeq; misce; infer cochleari ferreo & leni igne urge. Statim atq;e ignis minima particula partic. O inflammabilē tetigerit, exorietur fulmē. Hoc qvod vides suprà terram, ante manus; qvodq; in eversione urbium, castrorum, & vallorum audis juxtā atq;e infra terram; idem fieri cogita in aëre. Non malè igitur *Kavina* lampadem volantem à se qvondam illustratam, propter plurimas convenientias cum pilis igneis comparari posse statuit, qvæ noctibus festivis cogi solent, ut per aërem discurrant; aut vi impetūs ex æneis tormentis elevatae, è sulphure & halinitro concretæ, accensæ ac projectæ sunt. Sed idem melius egisset, si per ignes descensorios, non ascensorios rem explanasset. Proprius ad rem *Fromondus* in Lovaniensi Acad. Primar. Professor olim & Philosophus in Meteorol. l. 2. c. 1. *Magnam* inquit, *stella cadens* cum *pyrobolis nostris*, & id genus ignibus artificialibus habet cognationem: nisi qvòd bos flamma levet in altum; stellæ vero cadentes contrā naturam, & cum injurya ignis (hoc in quæstione est) exploduntur deorsum. Alias sæpè in his, ut illis, materia paullatim in ipsa trajectione incenditur; sed non cum tanto crepitū stellæ in fine dissipunt; quia materia loculamentum & claustra rumpenda non habet, ut pulvis charta toties replicata pressus & constrictus in pyrobolo. Hoc etiam discriminis est, quod, qvòd magis pyrobolus flamمام rapit, hoc magis festinat in cælum, ubi stella contrā incremento ignis tardatur; quia levitas resistit motui deorsum. Materiem determinare quando voluit *Libertus*, nimis liberè ac ὡς ἐν πλάτει loquitur: Causa materialis transiens meteororum ignitorum est avūpūtās, seu exhalatio idonea flammæ. Hec enim est, qvæ